



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Quomodo Christus D. post Resurrectionem suam sit excipiendus in  
Paschate. Cap. XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

ta eum in spiritu, afflisse ei semper, solare instar  
Angeli eum in horto confortantis paulò post  
resurrectum ad gloriam corporis, propone ei  
tuas & tuorum necessitates, veniam pete, age  
gracias pro omnibus beneficiis, & sis conten-  
tus, deseri ab omnibus, & nesciri, ac nominatin  
petebi & tuis, mortem felicem. **Primò**, vt mori-  
ariatis in gratia Dei. **Secundò**, vt moriaris cum  
magnis meritis, quò possis Deum in celo quām  
maximè glorificare. **Tertiò**, vt moriaris factō  
magno fructu, in quam plurimis animabus, pro  
quibus Christus mortuus & sepultus est. **Quarto**,  
vt moriaris inglorius & infamis (sine præ-  
iudicio tamen diuinæ gloriae, & boni communi-  
cis, & sine offensa Dei) sicut & Christus infami  
morte inter latrones, tanquam latro mortuus  
est. **Quinto**, vt moriaris sine villa obligatione po-  
natur in purgatorio lienda. **Sextò**, vt moriaris  
præterea relicto ingenti thesauro satisfacio-  
num tibi non necessariatum, pro indulgentiis  
a Romano Pontifice dispensandis, in benefi-  
cium animarum a Christo Domino redempta-  
rum. **Septimò**, vt etiam post mortem Deum glo-  
rifices, illis modis quibus Deus glorificari solet  
per memoriam bonorum exemplorum in vita  
religionis, per doctrinas alis reliquias, per scri-  
ptis aliis communica, per preces, per merita  
&c. tam ut ita Christo Domino Capitu tuo sis  
similior, qui etiam post mortem prodest nobis  
tot modis: tam ut hac ratione in te appareat &  
dilectetur per te fructus passionis eius fructuo-  
sissime, ob maiorem gloriam Christi Domini  
tui, & confusionem dæmonum inimicorum  
eius.

**Conferat ostendit.** Pietatem Ioseph ab Arima-  
thaea & Nicodemi, qui imperatum à Pilato  
corpus Domini Iesu, & ligatum linteum cum aro-  
matibus mixtura myrra & aloës, sepelierunt, eum  
in horto, propinquo loco crucifixionis, in mo-  
numento novo, in quo nondum quisquam pos-  
sus fuerat. Gaudie, quod inueniunt sint aliqui sol-  
liciti de Christo sepeliendo, & contemptio hu-  
manis respectibus, petierunt à Pilato corpus Ie-  
su, & liberales erga eum fuerunt, comparatis  
centum libris aromatum, & non in qualicun-  
que loco etiam sepeliant, sed in monumento  
novo, à nullo peccatore prophanato.

Gratias eis age pro his obsequiis, in spiritu il-  
los laudans, pro hac obseruantia & pietate, &  
imitari stude illos in supradictis modo, nūc  
Christum gloriosum tractando, & sine huma-  
nis respectibus, promouendo eius gloriam, &  
bonum animæ, tam tuæ, tam aliorum.

Lancij Opſ. Tom. 2.

## CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

**Quomodo Christus Dominus post resurrec-  
tionem est excipiens.**

**I**n ter alios pia denotionis affectus, quibus  
bonæ mentes solent excipere Christum Do-  
minum à mortuis resurgentem, hi quoque, si  
libuerit, esse possant.

**Primò.** Adora Christum resuscitatum in Di-  
uitiate eius, qua consubstantialis est Patri &  
Spiriti Sancto, seu, unum quid cum Patre &  
Spiritu Sancto, in una & indivisiibili natura di-  
uina. Adora, inquam, ut Deum, aeternum, &  
Creatorem ac Dominum vniuersarum creatu-  
rarum, à quo omnes dependent in suo esse, &  
in omnibus operationibus suis, à quo conser-  
vantrur, proteguntur, gubernantur. Adorata autem  
diuina eius natura, adora signifikatim eius  
diuina attributa, aeternitatem, immensitatem,  
bonitatem, sapientiam, potentiam, impassibilitatem,  
independentiam ab ylla te, seu vi loquuntur  
in scholis. *Essē a fē*, & hæc omnia infinito modo  
infinita in eo. In particulari vero, præcipuo quo-  
dam affectu, adora eius patientiam; qua te &  
alios peccantes, non puniuit statim post peccata  
commissa, vt merebaris, sed expectauit diu ad  
presentiam, item recidentem toties in similia  
peccata, tolerauit diu, item remisit peccata to-  
ties per absolutionem sacerdotalem; item libe-  
rauit, & plenè conuerxit à multis peccatis plu-  
rimos, ne in ea deinceps relaberentur: item  
dedit gratiam satisfaciendi aliquo modo pro  
peccatis commissis: item dedit horrorem &  
magnum detestationem, quorundam peccato-  
rum: item dedit ratum lapsum in quædam  
peccata venialia, vel nullum in aliqua. Quæ  
omnia sunt magna beneficia peccatoribus  
concessa, & merentur specialem gratitudinem,  
qua hac adoratione, aliqua ex parte  
demonstratur, demonstranda infra, alio modo  
quoque, scilicet gratiarum actione.

**Secundò.** Adora in hac diuinitate Christi co-  
mune diuinis personis, aeternum, quo ab aeterno  
destinavit creare tot creaturas in tempore,  
& tot beneficiis naturalibus eas ditare, per tot  
secula ad finem mundi duratura, & creaturas  
rationales Angelicas tam multas præseruare à  
peccatis omnibus, homines vero omnes redi-  
mere per incarnationem ex Maria Virgine, &  
ex redemptis, tam multos sanctificare & salvare.

**Tertiò.** Adora aeternam Voluntatem Verbi,  
qua decreuit assumere hypostaticè humanam  
naturam, & in ea, & per eam per tot annos tam  
multa facere, docere, & pati, pro tua & totius  
mundi salute, eti benè præuideret innumeros  
homines suā culpā non vñeros his salutis reme-  
diis, qua ille suo sanguine, denique totā vitā,  
passione ac morte nobis comparauit; & tam-

mūlū non benē vñuros, vtī possent, si vellent diuinā gratiā cooperati.

**Quarto.** Adora Christi Personam, vtī est diuina & distincta à Persona Patris & Spiritus Sancti, & à natura humana, quam sibi hypotheticē in sua Incarnatione vniuit.

**Quinto.** Adora candem Christi Personam, vt vñitam humanā naturā quam assumptis, & veiuū Humanitatē nostra teclam & veltū (prout SS. Patres loqui solent) & factam creaturis rationalibus asperabilem. Hoc est, Adora Verbum carnem factū, & habitatē in nobis, & Formam serui in humanitate passibili tam diu prefferentem.

**Sexto.** Adora Christum in assumpta naturā tam multa passum pro te & pto aliis, discurrendo per præcipua qua passus est, cum tamen id non fuerit necesse, quia poterat te aliter salutare sine suo incommodo, condonando tibi gratiūtō sine vlla satisfactione, peccata tua: sed vt copiosa esset redemptio tui, voluit te emere pretio magno, sanguine & vitā propria, pro te amissā.

**Amb. I. de Virg. c. 2. Lan. de grad. pers. cap. 9.** Nominatio autem adora Christi animatum, quæ plena fuit doloribus ab instanti creationis sua, & Incarnationis Verbi. Nam vt post S. Ambrosium ait B. Laurentius Iustinianus: *Christus à sa Redēptionis exordio, quoad vsp in cruce confixus, Partē reddidit Spiritum, namquam pati defut: non sicut ceteri, sed incomparabiliter supra vñuerfos; longe tamen efficacius in anima, quām in corpore perpetuis dolores maximos, actuales cruciatuſ spirituſ gladios, persecutiōes ab hominib⁹, à suis cibis, ab alienigenis, & à sui generis secundum carnem domesticis, & contrabulib⁹: contra quos nullam inconstans ostendit signum, nec acclamauit, neque contradictione protulit verbum, sed tanquam agnus coram tendente se obmutuit, & non aperuit os suum.* Quocirca merito dicit S. Bernardus: *Tota vita Christi, crux fuit & martyrium.*

**Septimo.** Adora Christi resuscitati Corpus gloriosum, insignitum cicatricibus seu vulneribus, quia in eo retinere voluit, in testimonium amoris sui erga te, iis redemptum, & in demonstrationem quām liberet sit passus pro te, vt voluerit relinquere signo eorum vulnerum, quæ ei tam acrem dolorem incusserunt, & per quæ vitæ iacturam tui causa fecit: & vt habēret semper, quæ pro te exhibere Patri ad reconciliandum eum nobis offensum, vt ait B. Laurentius Iustinianus: *Et vt ipsum Dominum crucifixum fuisse, & neminem pro eo resurrexisse intelligeres, inquit S. Chrysostomus, & S. Cyrilus, & vt propositis eius mortis indicis pro 15. & 16. nobis suscepimus, misericordiam Domini cantare non cessemus, ait V. Beda, & in signum perpetui victoriae in Ioan. 24. Beda in c. 24. Luc. 24. quid Beda; vulnera cicatrices abolere noluit: Et ye c. de batim. 24. Cyprianus, dicit S. Cyprianus.*

**Ottavo.** Gratias ei agē pro tui Redēptione petactā, per quam es liberatus à servitute diaholi & peccati, & à penitē inferni, & repletus

tot aliis bonis, quæ in S. Ecclesia habes; ab eo mediata vel immediata instituta & relicta, pro tua Sanctificatione & solvit. Nominatio autem ei gratias age, pro his quia pro te passus est in carne sua ante resurrectionem.

**Nono.** Gratias ei age pro tot animabus Sanctis ex purgatorio & limbo liberatis, & beatificā Dei visione donatis.

**Dicimō.** Gratias ei age quod post resurrectionē suā se spectandum præbuerit Sanctissimā Marti lūce, & discipulis & aliis, eosque solatus sit, & testes lūce resurrectionis, pro stabilitādā magis fide nostra reliquerit.

**Vndeicimō.** Gratias ei age pro doctrinis ab eo post resurrectionem, ante Ascensionem relictis pro instructione Ecclesiæ circa materias & formas Sacramentorum, adeò nobis necessariorū ad salutem & utilitatem, quod tunc eum fecisse, docet S. Augustinus.

**Duodecimō.** Gratias ei age pro Sacramento Probam, penitentiæ, post suam resurrectionem, in beneficium tuum & aliorum peccatorum instituto, sine quo, (o Deus bone) quām difficultis fuisse salutem, & quām multo plures, quām nunc damnentur, damnantur.

**Dicimotertio.** Gratulare ei gloriam corporis, eiusque glorioſas dotes, claritatem, agilitatem, subtilitatem, impassibilitatem, immortalitatem.

**Dicimocuarto.** Gratulare ei quod morte sua promovererit sibi varia: scilicet, vt docet Theologii, gloriam sui corporis, impassibilitatem anima, lūce seu indolentiam: resurrectionem corporis sui, & omnes dotes glorioli corporis: triplum lūce Ascensionis: Regiam dignitatem, & dominium superū vñuerū obtemperat, & potestatem plenam in celo & in terra: exaltationem nominis sui, factam per præclarā de eo testimonia & encomia Prophetarum, Angelorum, & Dei ipsius: summum facordotium in Ecclesia sibi proprium & singulare, præstantius sacerdotiū nature, Mosaicis, & legis nouæ: Authoritatem supertiū capitū in Ecclesia: & iudicariam potestatem, & fortè alia quæ nos nescimus, & non docuerunt Theologi.

**Dicimocinquo.** Gratulare ei multipliē fructum eius vitæ, passionis & mortis, in creaturas rationales Angelicas & humanas deriuatū, iuxta valde probabilem opinionem Theologorum (quoad Angelos & Adamum) & iuxta cōmūnum, quoad, alios. Nimirum quia ob præmisit Christi merita, & Angeli omnes, & Adam, denique omnes homines, gratiam quam habuerunt ante peccatum & post (ab hominibus commisum) habuerunt, tam primam quām subsequenter, quām omnia alia gratia dona, item præseruationem à peccatis quæ non commiserunt, & liberationem à peccatis commisitis, iustificationem post peccata commissa, omnia augmenta gratia, omnia auxilia gratia prævenientis

XI. DE ORAT. PRÆSENTIA DEI, IACVLATORIIS. 91

nientis & adiuuantis, per quæ fecerunt aliquos  
alios supernaturales meritorios, & naturales,  
ordinatos ad vitam æternam vel sanctificatio-  
nem hominum, & ad incrementum in ea, &  
protectum in virtutibus, & ad perseuerandum  
hadliter in gratia, item gratiam sanctificantem  
quam conferunt Sacraenta rite suscepta, li-  
berando aliquos à peccato originali, alios à pec-  
catis voluntariè commissis, & gratias alias sa-  
cramentalis, quæ intuitu sacramentorum con-  
fertur hominibus: item valorem & fructum  
indulgentiarum: item viatoriam tentationum,  
consecrationem salutis æternæ: liberationem à  
penitentia purgatoriij: preseruationem à penitentia in-  
ferni, nem resurrectionem nostrorum corpo-  
rum item gratias gratis datas quibus Deus il-  
lucrat seruos suos in vita, morte & post mor-  
tem: denique ipsam gratiam prædestinationis,  
ex qua emanat à Deo omnia alia dona gra-  
tiae & gloriæ, quam consequitur tam multi  
electi.

**Dacimæxvi.** Gratulare Christo innúmero-  
rum Angelorum & Animarum Sanctatum in  
celo choros, quod eum adorant ut caput suū,  
& ut largitorem & causam omnium graciarum  
& bonorum quæ habent. Nam veat S. Bernar-  
dus: Christus qui exxit hominem lapsum, dedit sancti  
Angelo ne laboretur: sic illius de captiuitate eruens si-  
cuit hunc à captiuitate defendens. Et hac ratione Domini-  
nus Iesu Christi fuit virilis redemptio, solvens illum,  
& seruans ipsum. Liquebat ergo S. Angelus D. Christum  
fuisse redempcionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam,  
sicut sanctificationem. Et omne quod erat Angelis, fa-  
ctum est nobis.

**Dacimæseptimæ.** Gratulare Christo honorem  
latris qui ei exhibetur in celo & extra celum,  
per uniuscum orbem terrarum, ac in purgatio-  
& per sacrificia, & per tempora, & per imagi-  
nes, & per vota, & per preces, & tot aliis modis  
bonorum operum, quæ ab hominibus sunt, &  
sunt vñque ad finem mundi.

**Dacimæduodecimæ.** Gratias age Christo Domino, quia  
morte sua nos liberavit à morte æterna, à  
potestate diaboli, à peccatis, & tot bonis positi-  
vis in iustificatione & post illam, datus & di-  
tare non cessat. Denique gratias age pro omni-  
bus suis beneficiis, quæ paulo ante in 15. & 16.  
puncto sunt commemorata.

**Decimæundevigintiæ.** Offer Christo resuscitato in si-  
gnum gratitudinis & amoris pro beneficio  
Redemptionis, in se tam multa dona conti-  
nente, offer inquam, in uione eius merito-  
rum.

**Primiæ.** Voluntatem nunquam mortalitet pec-  
candi.

**Secundiæ.** Voluntatem nunquam venialiter de-  
liberare peccandi.

**Tertiæ.** Voluntatem nunquam indeliberata  
peccata venialia graui committendi.

**Quartiæ.** Voluntatem, quantum fieri potest,

etiam pauca indelibeta committendi, præser-  
tim in actionibus ad diuinum cultum spectan-  
tibus.

**Quintiæ.** Offer ei tua vota religiosa, & alia si  
quæ habes.

**Sextiæ.** Offer ei voluntatem tibi faciendo præ-  
pter alium finem quam ipsum, sine desiderio  
remuneracionis.

**Septimiæ.** Offer ei voluntatem omnia ope-  
ra benefaciendi iuxta præscriptum rectæ ratio-  
nis & legum diuinarum, ac Ecclesiæ, & tui Or-  
dinis.

**Octauæ.** Offer voluntatem exequendi om-  
nia bona proposita personalia, & Dei inspira-  
tiones.

**Noniæ.** Offer voluntatem eligendi semper per-  
fectiora.

**Decimiæ.** Offer voluntatem intet res quæ per-  
fectas, eligendi eam, quæ est magis conformis  
eius vita afflictæ, & tribulatæ, & humiliatae ab  
hominibus.

**Vndetimæ.** Offer ei voluntatem semper profi-  
ciendi de bono in melius.

**Duodecimæ.** Offer ei voluntatem semper amâ-  
di & benefaciendi iis, à quibus aliquid passus  
es, vel patieris.

**Dicimætertiæ.** Offer ei voluntatem sine ullis  
humanis respectibus, protinus eius gloriam  
& cultum, domi & foci.

**Dicimæquartæ.** Offer ei libertatem tuam om-  
nem, vt tanquam iumentum ob amorem ipsius  
nihil speciei velis eligere, nil detrectare (solo  
peccato excepto) sed in omnibus obedire eius  
vicariis, immo & aliis, in quantum licebit, & de-  
cebit.

**Dicimoquintæ.** Offer ei desiderium efficax pa-  
tiendi pro eius amore omnia possibilia aduer-  
sa, omnes iniurias, & si esset eius maior gloria  
etiam pœnas, damnatorum, salua eius amicitia  
& gratia.

**Vigesimæ.** Pete à Christo resuscitato per om-  
nia merita vitæ passionis, & mortis eius.

**Primæ.** Vt tibi det quam maximum fructum,  
& efficiet sua vitæ & passionis & mortis, quo  
ad fugam peccatorum, & sanctæ viuendi ratio-  
nem, ac proficiendi in ea, in te & in aliis quam  
plurimi.

**Secundiæ.** Vt tibi det gratiam post mortem re-  
stâ eundi ad celum.

**Tertiæ.** Pete eandem pro iis, à quibus aliquid  
passus es & patieris.

**Quartiæ.** Pete conuersione innumerabi-  
lium infidelium, hæretorum, Schismati-  
cum, hæbreorum, peccatorum, tepidorum.

**Quintiæ.** Pete Sanctæ Ecclesiæ incrementum,  
tum per iam dictam conuersionem malorum,  
tum per multiplicationem quam maximam exi-  
miorum Sanctorum.

**Sextiæ.** Pete liberationem animarum ex pur-  
gatorio quam plurimarum.

Septim. Commenda alias tuas particulares necessitates, & publicas & priuatas.

Olaud. Dic orationem illam. Anima Christi sanctifica me &c.

Nond. Concluse has deuotiones, illâ pulchra oratione: Respicte quæsumus Domine super hanc familiam tuam pro qua Dominus noster Iesus Christus, non dubitauit manus tradiri nocentium & crucis subire tormentum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

### CAPUT VIGESIMVMQVINTVM.

De preparationibus premittendis festo Pentecostes, ad obtinenda multa dona Spiritus Sancti.

184.

cap. 80.

**N**on possum meliores suadere præparatio-nes pro personis in Spiritu proœctis, pra-mittendas solennitatí Pentecostes, ad obtinen-dia multa dona Spiritus S. quâm eas, quæ haben-tur in vita B.M. Magdalena Pazzie, ab ea adhi-bitæ. Cum enim die Ascensionis cogitaret de-ha præparatione, abstracta à sensibus coepit loqui hoc modo: O Sancti apostoli, quando Domi-nus ascendit in cælum, docuit, vos, quid facere deberetis pro recipiendo Spiritu S. Docete ergo nunc me. O pure Ioannes, o amabilis Philippe, non scietis mihi negare. Dicite mihi quale debet esse meum conaculum, quales operationes internæ & externæ, quales eleuationes meritis, in his paucis diebus?

Bonum erit edificare conaculum in alto. Erit con-aculum latus verbi, in quo manendum sit in vnione amoris. Qualem debet esse mens cibæ, & potus spiritua-lier, volo illum placidum sumere culibet denti: confide-rationem operationum grandium & humillimarum quas fecit Verbum incarnatum, manendo hic nobiscum. Potus erit, sanguis qui exiit ex illis quatuor fonti-bus ipsius fætrorum manuum & pedum: & aliquando potest iri ad illum fons, qui habet tot canales, ipsius venerandi capit. O amorosum Verbum, triginta tribus annis mansisti nobiscum, & ego debo facere trî-ginta tres actus amibilitionis intra diem & noctem. Et haec erit vna operationum internarum.

Post octo dies à tua natiuitate dedisti sanguinem nobis, & ego debo facere octies examen conscientia, in tra diem & noctem: quia si anima non est bene examinata & purgata à suis defectibus, non est apta ad dan-dum sanguinem pre te, id est, ad se offerendam tibi in actu martyrii: & quoties faciam examen conscientia adiungam renovationem votorum religiosorum.

Quadragesima diebus mansisti in terra, postquam à morte resurrexisti, & ego debo intra diem & noctem quadragesies eleuare mentem meam ad te.

Septem annis fuisti in Aegypto, & ego debo intra diem & noctem, offerre tibi septem illos qui sunt in te-nebris peccati.

Quadragesima diebus mansisti postquam es natus,

antequam te offerres in templo, & ego debo intra diem & noctem quadragesies offerre me tibi, in beneficio tuu voluntatis.

Nutrimentum spirituale erit quotidiana meditatio tue sanctissima passionis, associando illam meditationi illius ardoris amoris, cum quo incarnatus es, & humiliatio cum qua conversatus es; & mansuetudine, cum qua predicas, & latitudo cum qua exaudiisti charitatem & Samaritanam: illa non rogauit te, sed tu iniuiasti eam ad petendum. Meditabor etiam illa verba: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: Cibis meus est, vi faciam voluntatem Patri mei. Discite à me, quia misericordia sum, & humilia corde.

Duodecim annis mansisti adtequam offenderes tuā sapientiam: duodecim actus internos amoris debo facere erga proximum, & decem humilitatib; similiter internos. O quot se occasions offerunt nobis istorū actuum internorum, quanta capiuationes intellectus & voluntatis?

Septies debo adorare SS. Sacramentum, loco illo-rum qui illud non adorant, septies meus Christus, qui portat crucem capite inclinato pro omnibus electis.

Ter debo dare laudem particularē Virgi-ni San-tissime, tanquam Matri & protettrici particularē omnium animalium religiosarum: ut illa concurrat particulariter auxilio suo, ad obseruantium trium rotarum religiosorum.

Et quanto plus potero, debo præstare obsequia charitatis meo proximo, cum toto illo amore & iunctitudine animi, que est possibilius.

Semper ero in actu custodiendi meos sensus, & ne repeter pro singulari, debo facere hoc horis & tempori-bus & modis debitis: nam si ego nunquam aspicerem, aliqua posset cogitare quod habeant aliquam in digni-tationem cum ipso: & si nunquam responderem, darem illi occasionei suscipiandi.

Ter in die reuocare in memoriam sororibus, cum quibus conuersamur, dignitatem vocationis, ad quam sumus vocati: dicendo aliquam laudem ipsius vocatio-nis, & continuo illius recordari in meis.

Quories offertur occasio, consolari afflictos, tam in interiori quam in exteriori: & in conclusione cuiusvis rei, debet manere in continuo actu charitatis, & cu-stodiore cor.

Optimi sunt isti actus: sed meo iudicio, non sunt pro iis qui in via purgativa adhuc & illuminativa versantur, nec cor habent mundatum à peccatis deliberatis frequentibus, & inordinatis passionum motibus non refrænatis, sed eos promittentibus insolescere, eti ad pecca-tum aliud non producent.

Sed sunt pro iis qui sunt in via vnitia & raro peccant & nunquam grauiter & delibera-ter Deum offendunt, vi erat ita sancta, quæ pro fe, iuxta statum suum perfectissimum, hos actus Deo inspirante elicere proposuit.

Ponam ergo ego alios actus pro tyronibus, & qui adhuc tristantur cum vitis & concupi-scentiis, in iisque sèpè succumbunt.

Prima ergo & fundamentalis præparatio ad exci-